



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Io. Baptistæ Portæ Neapolitani Magiæ Naturalis Libri
Viginti**

Della Porta, Giambattista

Frankfurt, 1607

Gemma aliter quomodo effingi possint. Cap. VI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70772](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70772)

hantur è fornacē; confractæ que cimentitos preciosos lapides largientur.

Gemmae aliter quomodo effingi possint.

C A P. VI.

MODVS, quem scripsimus, apud nostrōs peculiāris, & vītatus, sed ab eis etiam occultus habet, sed aliū subdimus, quem apud me semper secretum futurum constitueram, nam tenuibus impensis, brevi tempore, leuioti labore multò nitidiores, coloratores, hilariores parantur, & tandem quod diuturniori temporis tractu sal superficiem, & fulgorem nō dehonestabit. Etsi que Puteolis in dirutis aedificiorum camentis, & littoribus antiquitus factitatem reperiuntur, adhuc internitentes, & inoffensae perspicuitatis, ut similes videantur à nostris perfici nō posse, nitemur tamē hoc modo non solum similes, sed longè meliores effingere. Arrige igitur aures, ac fido habe pectore. Moles sic effingitur. Crista galli capiatur, & intercisa galea, caput, & collum seruato, confectā, sicut indicauimus, vas igniduro condito, indito operculo, ne carbones, vel lurnigēs cum sumo cinis, vel fuligo intra vas prolabatur, & cadorem contaminent, ignem succendito, & stridentem audies, carbone conditum, & ignitum forfice comprehendes, & in limpidam aquam extingues, siccato, & opus iterato, mutans aquam, ne aliquæ sordes contareant porphyretico marmore teratur tam tenuissimè, ut possit efflari, & condito. Philosophorum lapidem inde habeas, igne flagrantissimum, & triplicitate superantem. Qui lapidem ignorat, ex versibus, quos in antiquissimo manuscripto codice reperimus, addiscet:

Arctus est homini, qui constat sex elementis,

Cui p. si addideris, s. in m. erutare si bene scis,

Hoc erit es nostrum constans lapis Philosophorum.

Iam materiei consuluiimus, nunc colori consulendum, docebimusque primum

Toparium fingere.

Indatur moles vasi, & claudatur pertuso operculo supra, quod aliud aptetur, & vt exhalare possit, & fuligo eam

eam non turbet, suæ fornaci imponatur ad medias, si-
nito per diem, & sola topatum reddet. Possimus ex
hoc

Chrysolithum simulare.

Cibetur gallus, & pro singulis vncijs, esui duo grana
porrigantur, & dilecti Veneri floris pertractetur, post
statum tempus habebis. Si vis

Smaragdum babere,

Iterum gallum cibabis, & pro singulis vncijs quatuor
frumenti grana exhibebis, & nitidissimo colore reni-
debit. Sed si potius placuerit

Hyacinthum simulare;

Gallo non frumenti, sed sanguinci lapidis grana porri-
ges, nam facile ea arripiet.

De varijs crystalli tinturis. CAP. VII.

DI X I M V S vitri tinturas non erraticas, & commu-
nes, sed paucis cognitas, & laborū impendio cori-
quisitas, expertasque: nūc commemorabimus aliquas
crystallum tingendi vias, & præcipue nobiles, & adhuc
paucis, ne dicam soli cognitas, scilicet

Crystallum hyacinti, vel rubini colore tingere,
Sine illius confractione, vel trituratione. Sumitostibij
partes senas, auripigmeti quaternas, arsenici crystallini
ternas, sulphuris pares, tutiæ binas, omnia seorsim ter-
mus, & tenui cribello cernimus, ollæ indimus, crystalli
frustula vel igneis filis suspensa, vel pulueribus demersa,
igni apponimus, ut quaternis, vel quinis horis excan-
descant, sed sine folium flatu, ne in partes dissiliant, vel
liquecant. Argumentū legitimè colorationis erit, si ex-
emptū frustū flagrantissimi & fulgētissimi coloris erit:
si minus igni denuò tradatur, & post aliquā moram;
eodem more tollatur, diligens autem cura habenda, ne
dum exigne tolluntur, refrigeretur exemplū, nam fri-
antur & in plures partes dissiliunt. Si hyacinthino colore
placebit, cito ab igne tolle. Si saturata reluceat purpura
placet, diutius in igne cōmorari sustineto, hyacinthum
solo auripigmento conficiens. Possimus igne